

Causa proxima. Ad 3. Quando dicitur est causa proxima, & immediata cum dispositione, ergo de facto creavit. Respo:
causa proxima, & immediata triplex. *Vel Respectu substantiae.* Respectu substantie quando inter eam, & effectum productum nulla
Vel Respectu dispositionis. alia substantia creans cadit. *Vel Respectu actus.* Resp. dispositionis, cum non requirat nouam dispositionem, ad produ-
cendum effectum.
Resp. actus, quando actu coniungitur. Modo dico quod duplina voluntas sicut semper causa immediata, &
proxima creaturarum respectu substantiae, & dispositionis quia nulla alia causa creans, nec disponens pra-
cessit. Tamen quo ad actum non fuit immediata, Rō. Quia voluntas cum sit libera vnitur actu pro tempore
in quo vult agere. Exempli, quando dicens vult cras legere: voluntas non copulatur actu licet possit nisi pro
tempore determinatus, & hoc modo non est motus, vel mutatio.

Ad 4. Deus factus est homo, ergo mutatur, quia quod erat eternum, factum, est Temporale. Respon: est
sequiuocatio. Nam fieri est duplicitus.

1. Dicit in hærentiam. In hærentia arguit mutationem, quia suscipit qualitates accidentiaris, & hec
non est in Deo.

2. Dicit unioinem. Dicit unioinem Dei cum homine, sed unio est relatio, & relatio aduenit alicui sine mutatione illius. Exem-
pli, in numero, qui sit precium sine mutatione. Sic quando quis sedidit ad columnam, & dicitur esse illi dextera,
aut sinistra. Licet nulla cadat mutatio in columna. A patre licet adsumperit Verbum humanum carnem p-
hilo secundus nulla fuit in verbo mutatio, sed in homine. Hæc volui dicere. Habiuitis, ergo. In sequenti le-
ctione videbimus secundā partem. Dist. vbi probat quod solus Deus dicitur esse simplicitas vera, & absoluta.

LECTIO VIGESIMA OCTAVA.

De summa simplicitate.

Postquam probauit quod Deus est incomunicabilis nunc accedit, ad aliud proprium
quod est simplicitas summa. Nam optime deducitur consequentia, Deus est incom-
municabilis, ergo est simplicissimus. Quoniam summa simplicitas est causa immuta-
bilitatis. Nam nil dicitur esse immutabile si fuerit compositum. Mutatio est à compo-
nentibus, quia sunt causæ, & causa mouent, & alterant compositum, ergo recte de-
ducitur consequentio. Hinc pro intellectu huius conclusionis accedo, ad ordinem fa-
miliarem, & obseruo.

- Simplicitas*
1. Quid sit simplicitas.
 2. Quot modis dicuntur.
 3. Quod Deus sit summa simplicitas.
 4. Probationes.
 5. Difficultates, & solutiones.

Quo ad primum de simplicitate. Inquit omnes sapientes quod
simplicitas, vel simplex dicitur esse id quod nullo pacto dicitur
est compositum. Ideo omnia entia à Deo carent simplicitate,
quia omnia habent compositionem. Vel ex materia, & forma vt
generabilita, & corruptibilita. Vel ex Genere, & differentia vt lo-
gicalia. Vel ex subiecto, & accidente, vt composita in actu, vel ex materia, & figura vt artificialia. Vel ex
applicatione virtutis, vt orbes, & intelligentia, vel ex actu, & potentia vt Angelii, vel ex intellectu, & habitu vt
anima, vel ex mixtione vt vini, & melis, vt mulsum, vel ex acerte, & melle vt oxymel.

Deus autem nullo modo istorum modorum est compositus. Non

Ex materia, & forma quia est spiritualis.

Non ex genere, & differentia quia est ens reale.

Non ex subiecto, & accidente, quia est ens per se.

Non ex materia, & figura, quia est ens immensus.

Non ex applicatione virtutis ad orbis quia sola mente mouet.

Non exactus & potentia, quia est independens.

Non ex intellectu & habitu, quia essentia est sua scientia.

Non ex mixtione utraque, & melis quia oia sunt in illo non forma-

liter, sed eminenter, & caualiter, ergo simplicissimum solus.

Vltius simplicitas, vel simpliciter sumunt pluribus modis.

Sumuntur ab Arist. 1. Phys. t. com. 62. & 1. de or. & in t. com. 17.

3. Modo sumitur pro rudi, & inconsiderato, vt d. Arist. 3. de Gene. Anima. c. 6. cōtra Anaxago. qui in con-
sideratione animalium loquuntur sunt simpliciter, id est inconsiderata.

4. Modo sumitur simpliciter pro natura. Hoc modo dicebat Aristot. 1. Phys. Non eadem sunt nota nobis
& simpliciter.

5. Modo sumitur pro principaliter. Hoc pacto sumitur ab Arist. 2. de Anima t. com. 40. & 41. contra
antiquos qui ponebant nutritionem, & auctorionem simpliciter esse ab igne. i. principaliter. Aristot. vero vult
quod ignis concurrat ut concausa, & instrumentum Anima vero concurrat simpliciter. i. principaliter.

6. Modo quia non componitur quid ex pluribus partibus sed tantum ex materia, & forma & hoc modo
do dicimus elementa esse simplicia. Et quia etiam non potest sensus cognoscere in illis distinctione materię
forma, sunt omnes partes homogeneæ, & similares sumunt pro eo quod dicitur uno modo vt Porphyrius.
Videtur qd neque genus, neque species, neque differentia simpliciter dici. i. uno modo, sed multipliciter.

7. Modo sumitur ab solute, & dicitur simpliciter in extremo, id est, summe simplex. Hoc modo significa-
mus Deum Optimum Maximum. Hinc Theologi obseruant hanc distinctionem qd et dantur isti gradus.

Simplex.